



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Padebvrnensi Episcopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

# De negotio imperij.

743

servare contempnit quod ei sub jurisjurandi religione promisit, sed contra eum cum nobili viro Philippo Duce Suevia conjuravit. Vnde cum ad nos pertineat judicium juramenti, per nos sibi de eo iustitiam petuit exhiberi. Cum igitur salutem nobilis ejusdem, de quo in novissimo districti examinis die tenebimus coram Deo reddere rationem, paterno desideremus affectu, fraternitati vestra per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatenus eum ex parte nostra monere diligenter & inducere procureatis ut juramentum eidem Regi praestitum, nonobstante juramento quod postmodum exhibuit contra illud, cum ex ea quod primum fuit licitum constet secundum illicitum extitisse, de cetero servare procuret. Alioquin eum ad id per excommunicationem personae & interdictum terrae sublatu appellatiois obstaculo compellatis, facturi utramque sententiam singulis diebus dominicis & festis, pulsatis campanis, & candelis accensis, usque ad satisfactionem congruam firmiter observari.

**NOBILI VIRO HE N RICO PALATINO Rhemi.**

Epist. 121.

**A**D infamiam nominis tui cedit & perpetuum tuæ posteritatis opprobrium quod carissimum in Christo filium nostrum illustrem Regem Ottонem in Romanorum Imperatorem electum fratrem tuum, vel nulla vel modica violentia interveniente, relinquens, nobili viro Duci Suevia adhæsisti & quantum in te fuerat dejecisti eum quem erigere tenebaris. Sanè suam ad nos idem Rex querimoniam definavit quod cum fidelitatis ei &c. ut supra usque paterno desideremus affectu, nobilitatem tuam monemus & exhortamur attentiū & per apostolica tibi scripta mandamus quatenus juramentum eidem Regi praestitum &c. usque servare proores. Alioquin noveris nos venerabilibus fratribus nostris Siffrido Maguntino Archiepiscopo & Episcopo Paderburnensi per apostolica scripta praepiendo mandasse ut te ad id per excommunicationem personæ &c. usque in finem.

*Scriptum est nobili viro Duci Brabantiae in eundem modum usque in Romanorum Imperatorem electum, cui filiam propriam despōsaverat in uxorem, vel nulla &c. usque in finem. Executores dati sunt contra eum Leodiensis Episcopus, major Decanus & Propositus sancti Gereonis Coloniensis.*

**NOBILI VIRO LANGRAVIO Turingia.**

Epist. 122.

**Q**VIA liberæ voluntatis arbitrium quanto violentiū quis flectere nititur, tanto amplius in puritate sui propostii confirmatur, non credimus quod violentia Duci Suevia tuam mutaverit voluntatem & animum variaverit, licet coactus fuerit militate. Cum ergo necessitate cessante soleat necessitatis effectus, monemus nobilitatem tuam & exhortamur attentiū & per apostolica tibi scripta mandamus quatenus cum tempus acceperis, ad carissimi in Christo filij nostri illustris Regis Ottonis in Romanorum Imperatorem electi fidelitatis obsequium sine dilatione qualibet rever-

taris, & sic in ejus dilectione proficias ut in gratiam nostram proficere merearis.

*Scriptum est in eundem modum Regi Boemorum illustri.*

**MAIORI DECANO ET SANCTORVM**

*Apostolorum & sancti Gereonis Propositis Colonensis.*

Epist. 123.

**A**D nostram noveritis audientiam perverse quod Bruno Adolphi quondam Colonensis Archiepiscopi clericus, statutis sedis apostolice temeritate se opponens, dominum suum irreverenter induxit ut in carissimum in Christo filium nostrum illustrem Regem Ottōnem in Romanorum Imperatorem electum crimen prodictionis committeret & Duci Suevia pertinaciter adhæreret; à quo, sicut dicitur, tamquam alias Iudas in prodictionis primum pecuniam accipere non expavit. Ne igitur si post damnationem ejusdem Archiepiscopi praedictus Bruno, qui damnationis causam præstitit, remanserit indemnatus, illud evangelicum fallere videatur, que dicitur, si caecus eacum dicit, ambo in foream cadunt, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eum omnibus beneficiis suis sine spe restitutionis appellatione remota privetis, ea personis idoneis conferentes. Quod si non omnes &c.

**E I S D E M.**

**A**D nostram audientiam noveritis perverse quod Sibod clericus, qui beneficium quoddam de manu carissimi in Christo filij nostri illustris Regis Ottonis in Romanorum Imperatorem electi receperat, & fidelitatis ei praestiterat juramentum, conversus in arcum perversum, contra proprium veniens juramentum, Suevia Duci juravit, & ab eo praedictum beneficium recepit. Iple quoque, dum venerabilis frater noster Cameracensis Episcopus mandatis nostris insisteret exequendis, ab eodem Duce in diocesim ejus legatione suscepit, bona ejusdem Episcopi temere occupavit, vassallos ejus Duci Suevia fidelitatem praestare compellens, fidelitate ipsius penitus abjurata. Quia verò tanta presumptionis excessum relinquere nolumus impunitum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus inquisita super his & cognita pleniū veritate, eundem Sibod ab omni officio sublatu appellatiois obstatu deponatis, & omnibus eum beneficiis spoliantes, illa personis idoneis assignatis.

**P A D E B V R N E N S I E P I S C O P O.**

**Q**VAM detestabile sit crimen perjurij, veteris testamenti lectio manifestat. Nam cum præcepisset Dominus Israëlitis ut universos habitatores terræ quam eis promiserat, de ipsa delerent propter fœdus quod Ioseph cum Gabaonitis inivit circumventus, & juramentum quod principes multitudinis præstiterant eisdem incavisse, Gabaonites mortis periculum evitauit; licet interrogati si in terra quæ filii Israël forte debebatur forsitan habitarent, quia de terra longinqua venerant respondissent. Præterea quæ pœna mendacibus debeat Ananias & Saphira mors subita profitetur; qui quo-

Epist. 124.

B B b b uj

niam mentiti fuerant spiritui sancto, à conspectu Apostolorum principis, cuius sumus, licet immeriti, successores, mortui sunt educti. Cùm ergo nulla vel modica distantia sit inter perjurium & mendacium sacerdotis, dicente scriptura quod verba sacerdotis aut vera sunt aut sacrilega, debent ecclesiastici viri, & præsertim qui prælationum obtinent dignitates, reatum perjurij & crimen mendacij penitus evitare & sic fugere inconstititia levitatem ne... sit eis si terram duabus viis ingredi convincantur, & si culpam incurrent, non effugiant disciplinam. Miramur igitur non modicū & movemur quod cùm carissimo in Christo filio nostro illustri Regi Ottoni in Romanorum Imperatorem electo fidelitatis præstiteris juramentum, & ab eo de regalibus fueris investitus, postquam per venerabilem fratrem nostrum Siffridum Maguntinum Archiepiscopum consecrationis beneficium suscepisti, repuisti penè penitus circa eum, & ipsi tuae devotionis obsequium subtraxisti. Ne igitur subditis tuis occasio fias similis levitatis, qui eis fortitudinis & constantiae debes exempla præstare, fraternitatem tuam monemus & exhortamur attentiū & per apostolica tibi scripta præcipiendo mandamus quatenus sic de cetero in ejus fidelitate persistas & sic ei patenter adhæreas & potenter quod præterita negligentia per subsequentem diligentiam expietur, nec tam citio incurrisse notam perjurij videaris, quia id non possemus æquanimiter tolerare.

*Scriptum est Abbatii Corbeiensis in eundem ferē modum usque juramentum, & ei à suae promotionis initio auxilium præstiteris & favorem, nunc ultimò repuisti penè penitus circa eum &c. usque expietur, nec incurrisse notam perjurij &c. usque ad finem.*

ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI.

Epist. 126.

**Q**ualiter juramentum coram nobis præstatum & postmodum exhibutum in manibus Legati nostri observaveris, ne dicamus violaveris, qualiter irrita feceris quæ de tuis labiis processerant, dum veniens contra propriam sponzionem, promissiones infregeris redactas in scriptis & sigilli proprii munimine robatas, qualiter in obedientia & devoteione non persistiteris, tua prudentia non ignorat. Nos autem, licet possemus ex iis tamquam noritos, & qua nulla poterant tergiversatione celari, canonica severitatis in te lentitiam promulgare, credentes tamen quod patientia nostra te ad pœnitentiam revocaret, excessus tuos disimulavimus hactenus & te duximus ex multa gratia supportandum. Verum quoniam secundum impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ, ita ut superbia tua semper ascendas, nec adicias ut conditionis propriæ recorderis, finaliter & peremptoriè tibi scribimus, sub debito juramenti & quanta possimus distinctione mandantes ut carissimo in Christo filio nostro illustri Regi Ottoni in Romanorum Imperatorem electo potenter adhæreas & patenter, per te ac tuos publicè ipsi auxilium tribuens & favorem. Alioquin securim ad radicem arboris instructuosa immo etiam permitiosa ponemus,

ne terram inutiliter occupet, & florentem vicinem sterilitatis suæ umbra confundat. Quod si aliqui de Ecclesia Trevirensi favorem tibi præsumerent adhibere, præsumptionem eorum taliter punitemus quod eorum pœna multis proficieret ad cautelam; immo etiæ tota Ecclesia Trevirensis in erroris tui defensione peccaret, nos in eam animadvertere curaremus, & honoris metropolitici dignitatem, quam per sedem est apostolicam assecuta, alias transferre properat in gratitudinis vitium cogeremur.

PRAEPOSITO, ARCHIDIACONO,  
Canonicis, & ministerialibus Ecclesie  
Trevirensis.

**I**nconstantiam & facilitatem, ne perjurium & infidelitatem dixerimus, Archiepiscopi Trevirensis vobis credimus per ejus opera pauciſſe. Nos autem memores dilectionis antiquæ quam apostolica sedes exhibuit Ecclesia Trevirensi, pro cuius defensione interdum persecutions etiam gravissimas est perpetua, & recolentes devotionem illam quam Ecclesia Trevirensis Ecclesie Romanae solita fuerat exhibere usque modò, mitius egimus contra eum, & ipsum duximus æquanimiter tolerandum, credentes quod patientia nostra eum ad pœnitentiam revocaret. Verum quoniam superbia ejus semper ascendit, ne videamur errorem ejus disimulando fovere, similiter ei ac peremptoriè scribimus &c. ut supra usque confundat. Ideoque discretioni veltra per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Archiepiscopum ad mandatum apostolicum exequendum diligenter moneatis, patati, cùm super hoc secundò vobis scriferimus, quod mandavimus humiliiter adimplere. Credimus enim & pro certo tenemus quod Ecclesia Trevirensis Ecclesie Romanae matris & magistra suæ dispositioni parebit, nec ejus obviabit aliquando institutis. Quod si forsitan, quod non credimus, in erroris ejusdem Archiepiscopi defensione peccaret, in eam animadvertere curaremus, & in pœnam ipsius honoris metropolitici &c.

ILLVSTRI REGI OTTONI IN  
Romanorum Imperatorem electo.

**C**um inter te ac dilectam in Christo filiam natam Ducis Brabantæ sponsalia fuerint approbante Legato nostro contracta, nostra voluntatis existit ut quod initiatum est legitimè, nisi per alium steterit, compleatur. Cùm ergo puerilla ipsa ætati nubili sit vicina, monemus serenitatem tuam & exhortamur attentiū quatenus usque ad nubilem ejus ætatem expectes, & si pater ejus eam tibi tradere noluerit requisitus, ex tunc liberè cui volueris, in Domino tam, nubas.

ILLVSTRI REGI ANGLORVM.

**Q**uantum tuæ serenitatis excellentia honoris & exaltationis recipere incrementum, si carissimi in Christo filij nostri illustris Regis Ottonis in Romanorum Imperatorem electi promotio felicem sortiretur eventum, si diligenter attendas, intelliges per te ipsum, cùm te latere non possit quod ei non solidam adver-